

73
1710, 4a C. 21. num. 30. 20

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE
**PARENTUM CONSENSUS PER
MAGISTRATUM CIRCA LI-
BERORUM SPONSALIA
SUPPLETIONE,**

Quam
DIVINA FAVENTE GRATIA
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS COUNCILARIO INTIMO & CA-
MERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLESiarum,
MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO CAPITULA-
RI SENIORE, & respectivo SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPe &c. &c.

PRÆSIDE

DN. ERNESTO TENTZEL, J.U.D.

Elect. Mogunt. Judicij Provinc. Erffurtens. Assess. Facult. Jurid.
p. t. DECANO, & Civitatis Erffurt. Syndico Primar.

DN. PATRONO & PROMOTORE maximè venerando,
DECRETO & AUTORITATE MAGNIFICI JCtorum ORDI-

NIS IN ACADEMIA ERFFURTENSI,

*Pro consequendis Summis in Utroque JURE HONORIBUS
PRIVILEGIIS & IMMUNITATIBUS*

Solenni Eruditorum Cœtui publice submittit

JOHANNES GOTHOFREDUS GVISIUS,

Longofal. Thur.

In Auditorio JCtorum Majori

At diem 23. Aug. M.DCCX. horis consuetis.

ERFFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Summè Reverendo, Illustri, Excellent is-
simo, Generosissimoque Domino,

DOMINO
JOHANNI ADOLPHO
MARSCHALLO
DE Gieberstein/


Hæreditario in Nedersteben / Teutonic
Ordinis Equitisplendidissimo ac Com-
mendatori designato in Greiffsttadt
& Dammis / Serenissimæ Du-
cissæ à Merseburg Marschallo
dignissimo ,

DOMINO Meo Clementissimo,

Hanc DISSERTATIONEM INAUGURALEM

humillime ac submissè dicat

A U T O R.



PRÆFAMEN.

L. B. S.

Dum de Sponsalibus hanc
in publicum profero dispu-
tationem, sit fortasse, qui
in hæc prorumpat ver-
ba: Me, quia de hac ma-
teria, plurimæ in aprico essent disser-
tationes, rem plane tritam & vulgarem
aggredi. Sed errat qui sic sentit, cum
mihi principaliter, de Parentum consen-
sus per Magistratum circa liberorum spon-
salia suppletione, sit sermo. Et quam-
vis non negem reperiri casus, huic quo-
que materiæ illustrando eam, inservien-
tes; ast cum hoc thema inter tot nobilis-

A 2 sima

sima DD. monumenta non dum evolutum
mihi obvenerit, materia tamen adeo fre-
quens sit, operæ pretium duxi. quantum vi-
res permittere voluerint, hanc commenda-
bilem materiam perlustrare, & ea, quæ
circa illam utilia & quotidiano usui inser-
vientia, expendere. Errabo fateor, sed
errantem corrige L.B., corrigentem au-
diam, errare enim humanum, in errore
vero perseverare absurdum, imo absur-
dissum est. Sint itaque hac in differen-
tiatione tria capita, in primo quid Ante,
in secundo quid Circa, in tertio quid post
Sponsalia, præsertim quoad scopum the-
matis, justum, agendum erit. Quare
ut bene & feliciter omnia nunc cedant,
DEUM Ter Optimum Maximum, qui
non solum res penitus desperatas donare,
sed & etiam consummare, secundum virtu-
tis suæ magnitudinem potest, per L.I. §.2.
C. de vetr. jur. encl. utque gratia me as-
sistere & omnia ad finem prospere perdu-
cere velit, imploro.

CAP.

CAP. I.

Quid justum sit ante sponsalia?

§. I.

Hic se offert primo derivatio nominis, quæ est à verbo spondere *geloben* / quia olim veteribus moris fuerat uxores sibi stipulari & spondere futuras. *L. 2. ff. de sponsal.* unde & sponsi sponsæque appellatio nata est, *juxta L. 3. ff. de sponsal.* in simili significazione etiam à Cicerone in *Philipp. 14. c. 19.* sponsio accipitur, ubi ita legitur: Pansa aut morte aut victoria se satisfacturum reipubl. spopondit. Postea habet etiam sponsio significationem fide jubendi, quod testatur *Cic. 1. Famil. Ep. 9.* Porro sumitur pro promissione uti hoc loco. Non tamen semper per stipulationem, sed etiam per pacta sponsalia fiebant. *d. 1. 4 L. f. ff. L. 2. § 4. C. de sponsal.* In jure vero nostro non uno eodemque modo sponsaliorum vocabulum sumitur, *in L. un. C. si Recz. provin. vel ad eum pertinent. sponsal. deder. accipitur pro arrha sponsalitia, quod Godofr. in not. ad h. Z. probat. Cyprian. de sponsal. c. 2. §. 1. n. 16.* vult, quod etiam pro sponsaliorum conviviis sumatur.

§. II.

Definiuntur autem sponsalia, ab Hahnio *adb. T. n. 3.* quod sint pacta de consociatione viri & mulieris consensu conjugali ineunda, *in L. vero 1. ff. de sponsal.* talis reperiatur definitio: Sponsalia sunt mentio (vera, non ambigua *L. 11. §. 7. ff. de interrogat.* liberima non metu elicita. *c. 14. §. de sponsal* aut erronea) & repromise futurarum nuptiarum. Per mentionem enim intelligitur, Interrogatio die Eheverbung/ per repromisem vero Responso die Busage. *Hop. in Comment. ad pr. Iust. de Nupt.* Ast hodie

talis verborum solennitas non adeo est necessaria, uti apparet ex L. 2. ff. de sponsal. quare etiam fieri potest per internuncium aut per epistolam L. f. ff. de sponsal. sed opponitur: stipulatio necessario requirit partium praesentiam, nec inter absentes fieri potest. §. n. Inst. de inutil. stipul. L. 1. §. 1. ff. de V.O. Respondetur, haec ita, si per stipulationem fiant sponsalia, sed quia modus antiquus sponsionis hodie non adeo frequens, postquam leges & mores aliud introduxerunt, nihil amplius desiderant, quam nudum consensum qui consensus quoconque modo declarari potest, vel pure, vel ex die, v. g. Ich will sie innerhalb zwey Jahren heyrathen / vel sub conditione, ut si studiosus puellæ in itinere vel Academia annulum in fidem matrimonij dat, sub conditione si pater consentiat. Nec refert an quis verba ore prolatæ, aut scripta adhibuerit, an expresse, an tacite consenserit. L. 4. 7. 12. ff. de sponsal. v. g. inter absentes, per epistolam, quicunque ergo non sanæ mentis consensum declarare, & quicunque alias contrahens inire & pacisci non potest, ille nec sponsalia contrahere valet, quia requisitum legis, consensus, deest, hoc apparent in furioso & in summe ebrio, qui furori æquiparatur, furor vero superveniens post matrimonium contractum, illud non vitiat, bene tamen vitiantur sponsalia, quæ eam ob causam dissolvi possunt. Carpz. Juspr. Consist. L. 2. D. 31. Crapula vero non vitiat sponsalia. In impubere hoc præcipuum est, quod quamvis sine tute alias nihil valide agere possit, tamen sponsalia contraherere valeat, L. 14. ff. de sponsal. C. 4. 5. X. de despontat. impuber. Non vero debent esse septennio minores, alias prohibentur, quia nec parentibus licitum est, puellas suas incunabulis filiolis dare. Can. unic. Caus. 30. quest. 2. Si vero post annos discretionis consentiant, tunc valent. v. c. 7. x. de de. spons.

*Spons. Impub. Harpr. ad rubr. Inst. de Nupt n. 8. propter d. Can.
un. c. 30. quæst 2.* quod aliud est in Principum liberis, quo-
rum sponsalia pacis ineundæ gratia celebrantur, illi post
annos discretionis dissentire non possunt. *cap. 2. x. de despōns.
inpib. vid. Myller. ab Ehrenbach / de Gamolog. Princip. c. 4.
num. 16.*

CAP. II.

§. I.

Nunc ad sponsalia ipsa, & quid circa illa sit obser-
vandum, progrediendum est. Sunt vero i) vel
sponsalia de futuro, ex quibus olim nulla dabatur
actio L. 7. §. 4. L. 5. L. 27 §. 1. L. 41. & 45. ff de pact.
Nisi stipulatio accesisset ubi actionem ex stipulatu natam,
dubitandum non est. *vid. Dn. Stryk. de Differ. sponsalit. Sect.
II. §. 8.* hodie vero efficax datur, quia ex omni pacto actio
nascitur. *Carpz. p. 3. Conf. 5. Def. 22. Stryk. Dissert. de spon-
sal. Sect. 4. §. 27. inf. Stryk. de Cautel. contract. Sect. 3. cap. 5.
§. 4.* vel de Præsenti, illa sunt, quæ spem sponsaliorum
contrahendorum faciunt, v. g. quæ sub expressa condi-
tione vel die contrahuntur, vel quæ ætas impedit,
hæc vero quæ certo & perspicuo consensu constant.
Quam tamen definitionem, nempe de præsenti & de fu-
turo *Carpz. in Conf. L. 2. D. 17. n. 4. & Def. 18.* hac ratione repro-
bare videtur, quod secundum ipsius assertum, omnis
sponsaliorum obligatio semper infuturum constituantur, &
respiciat futuras nuptias, cum non uno modo sponsalia &
nuptiæ celebrentur. Unde etiam fluit, quod sponsalia
de præsenti, differant ab ipso matrimonio, *vid. L. 1. ff.
de Sponjal. L. 24. C. de Nupt.* ratio hæc est i) quia, si sponsus
sponsam prius ad tumulum, quam ad thalamum perdu-
cat,

eat, quod tunc non detur actio unde vir & uxor, quoad successionem. *L. un. pr. ff. und. vir & ux. Wisenb. P. 1. Disp. ff. 44. lib. 2.*
2) uxor semper sequitur conditionem & dignitatem mariti. *L. 12. ff. de Senator. L. 13. C. de Dignit. quod vero in sponsa non ita observatur.* Unde etiam sponsalia de futuro, quæ etiam tractatus à *Carpz. d. l.* appellantur, non obligare contrahentes asserit, cum tamen idem *d. l. Def. 21. num 3. seqq.* statuat, quod sponsalia conditionata hanc inferant inter partes obligationem ut expectari debeat conditionis eventus priusquam ab iis recedere, & ad alia convolare liceat. Unde si aliquis loco in peregrino puellæ annulum in fidem matrimonij dat, sub conditione si pater consentiat, antequam vero pater approbans rescribat, annulum det alij & pure contrahat sponsalia, queritur nunc, quænam sponsalia valeant? *q. Manser. ad Inst. Tit. de Nupt. p. 31. Schneidw. ad Inst. eod. Tit. n. 37.* statuant posteriora, hac motiratione (1) quod sponsalia conditionalia habeant vim sponsaliorum de futuro quæ tolluntur sequentibus sponsalibus de praesenti, per c. 22. *x. de Spons.* (2) quod pure contractum, preferatur ei, quod sub conditione contractum est. Videtur vero quod priora preferenda, & quidem hac ratione (1) contrahentes potius conditionis eventum expectare debent. (2) in contractibus sub conditione conceptis, non licet pœnitere altera parte invita, neque pendente conditione à contractu recedere, *p. L. II. ff. qui pot impignor.* (3) si conditio existat, perinde habetur ac si ab initio contractus non adfuisset. Quare colligendum, quod sponsalia conditionata, cum sponsalibus de futuro non sint confundenda, monente illud etiam *Dn. Schæpfero ad Tit. ff. de Sponsal. n. 2.* Imo videtur dicendum, quod alio significatu tractatus, seu pacta præparatoria sponsaliorum, sponsalia de futuro dicantur, alio vero sponsa-

sponsalia in diem. *vid cap. 22. §. de sponsal.* & sub conditione
contracta. *tot. Tit. §. de cond. appos.* Interim fateor alia quæstio
est, quod si ille, qui prius sub conditione sponsalia contraxit,
postea cum alia pure & de præsenti contrahat, quænam
sunt præferenda? ubi non immerito posteriora, *juxta Carpz.*
d. I. D. 70. n. 7. seqq. præalent. Alia etiam quæstio est, an ver-
ba germanica: *Ich will dich zum Weibe nehmen/* inferant
sponsalia de præsenti vel de futuro? quam tractat *Carp. d. I.*
Def. 18. ubi quid inter protestantes receptum explicat.

§. II.

Secundo sponsalia sunt vel publica vel clandestina;
publica sunt, quæ coram testibus vel parentum consensu
fiunt *Lauterb. ad Tit. ff. de sponsal.* Clandestina sunt vel propriæ
talia, quæ clam & remotis omnibus testibus perficiuntur,
vel impropriæ talia quæ quidem testibus fiunt præsenti-
bus, silt absque parentum consensu, unde etiam nec jura-
ta sponsalia absque parentum præscitu valent, & sic pu-
blica posteriora prioribus clandestinis præferuntur. *Carpz.*
Conf. L. 2. Def. 67. seqq. Nisi copula carnalis clandestinis
accedat, *ibi Def. 69.* alias vero publica sponsalia de præsen-
ti contrafacta & quidem priora præferuntur, licet posteri-
oribus accedit copula carnalis, *vid. Carpz. d. I. Def. 67.* Si
vero clandestinis copula carnalis accedit & stuprata adi-
git stupratorem ad matrimonium ineundum, tunc publicis
æquiparantur alias vero non, quod confirmat *Job. Gerhard.*
Theologus Jenens. in loco de conjugio S. 146. p. 228. Carpz. d. I. Def. 69.
Econtrario si stupratus parentes justam habeant differentien-
di causam, non possunt cogi, ut stupratori filiam in ma-
trimonium dent, *Job. 2 Sande. L. 2. Tit. I. Def. 4. Carpz. L. 2.*
Conf. Def. 66. Richter. Decif. 8. num. 55. 94. seqq. Sruvo. in Jurp. Rom.
Germ. L. 1. T. 6. Apb. 4. cap. pen. X. de sponsal. Plura sponsalio-
rum genera adducere superfluum erit.

B

§. III.

§. III.

Audivimus quod in sponsalibus semper adesse debant testes, vel consensus parentum, quæritur nunc quid sit contrahere sponsalia sine testibus, & qualis testimoniū numerus sufficiat? ad prius respondetur, quod nihil aliud sit, quam si plane nulli, aut non sufficientes, aut inhabiles adhibentur, ad secundum notandum, quod testimoniū numerus ex cuiusvis loci consuetudine sit dijudicandus, ubi vero nihil dispositum, tunc est arbitrarius. Quamvis Bart. in Conf. 26. colum. 1. impr. Myscard. de probat. Vol. 2. Conclus. 1036. n. 5. eam fulceat sententiam, quod duo non sufficient, sed ad minimum quinque adesse debant. At quia in ore duorum vel trium testimoniū orname constat verum. Deut. 17. v. 6. vid. Gerhard. de Conf. S. 145. L. 12. ff. de Test. Wesenb. Conf. 17. n. 45. Hartm. Pif. L. I. Ques. 2. n. 2. 3. Carpz. P. 3. Conf. 15. Def. 11. n. 4. ergo ad evitandam clandestinitatem duo vel tres testes, sufficientes esse puto.

§. IV.

Ex his præmissis testimoniū dexteritas patet, nunc autem quæritur, an non etiam testes in idonei admitti possint? Resp. videndum an agatur de probatione, cum negentur sponsalia, an vero de solennitate sponsaliorum, ne pro clandestinis habeantur, priori in casu testes suspecti esse non debent, bene tamen in posteriori casu admitti possunt, ubi non itare fert quales sint testes. Opponitur quod consensus faciat nuptias, ergo testes necesse non sunt? Resp. (1.) distinguendum inter mentis declarationem, quoad sponsalia, tunc sufficit nudus consensus, & inter sponsaliorum probationem, & tunc requiruntur testes, negotii enim sanctitas id postulat (2) ex testimoniū omissione oriuntur lites inextricabiles, perjuria, aliaque incommoda. (3) Honestas-

nestatis ratio suadet, ut non in angulo tractentur, quam obrem etiam instituta est *Ordinat. Eccles. Meklenb. Conf. Brandenb. de Aô. 1694.* quod idem hoc *Elett. Saxon. Maurit.* in *Ordin. Eccles. Tit. von Ehesachen sub rubr. von Ehegelob-*
nissen sancivit.

§. V.

Nunc progrediendum ad personas sponsalia celebrare valentes, ubi observanda veniunt 1) personarum contrahentium habilitas, 2) modus contrahendi legitimus. Secundum qualitatem personarum requiritur (a) ut sint I. Rom. cives Romani, à quibus excluduntur peregrini, quod vero hodiè non amplius observatur, quia omnibus in Imperio Romano viventibus Jus civitatis concessum fuit *L. 17. ff. de Stat. hom.* & hodie alia facies est Imperii Romani, (b) ut non sint servi vel ancillæ, quarum coniunctio non matrimonium sed contubernium vocabatur, *L. 3. C. de incest. nupt.* unde etiam istæ personæ non coniuges, sed contubernales appellabantur. *L. 41. §. 2. ff. Legat. 3.* postquam vero servitus abrogata, & hoc abrogatum fuit, quare nostris temporibus omnes regulariter sponsalia & matrimonium inire valent, excepto Judæo, & aliis infidelibus, cum Christiana & viceversa. *L. 6. C. de Judeis.* at Judæus cum Judæa, si gaudent jure civitatis possint quid autem statuendum de personis diversæ Religionis, *vid. Carpz. Lib. 2. Cons. Def. 6. seqq.* Sequitur adhuc justa personarum ætas, quæ in nuptiis est pubertas, quæ jure civili in masculis anno 14. in fœminis Aô. 12. incipit, *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit.* Jure vero Canonico non animi, sed corporum habilitas, & coeundi aptitudo observatur. *C. 3. X. de spons. impub.* Sponsalia vero infantia major æque secundum jus civile ac canonicum rite celebrare potest. *vid. L. 14. ff. de sponsal. tot. Tit. X. de spons. impub.* Quæ tamen

men potius tractatus erunt quam sponsalia. Schilt. Inst. Jur. Can. L. 2. Tit. 10. §. 7.

§. VI.

Contraheuntur autem & perficiuntur sponsalia consensu mutuo. L. 16. §. f. ff. de rit. nupt. & libero, tum nuptu-
rientium c. 14. x. de spons. tum parentum in quorum sunt
potestate, pr. Inst. de nupt. Sutholt. Dissert. 2. §. 13. Quamo-
brem fere inutilis quæstio, an parentum consensus in
sponsalibus requiratur? quia ille adeo necessarius, ut nec
patris impii & crudelis consensus neglegi possit. Carpz.
L. 2. Conf. Def. 43. Phil. Us. pr. Inst. L. 1. Eccl. 60. Idque partim
propter vinculum patriæ potestatis, ob quod liberi nihil
propriis viribus per agere valent. L. 4. ff. de R. J. partim
ne parenti invito sius agnoscatur heres. arg. §. 7. Inst. de
Adopt. & si ille prætermisssus sponsalia non valent, sed sunt
irrita & ipso jure nulla. §. pen. Inst. h. 1. licet liberorum jura-
mento fuerint confirmata. Carpz. Conf. L. 2. Def. 58. quia
juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, unde
etiam fluit, quod si filia citra consensum parentum nu-
ptias contraheat pro stupro aestimetur, quod idem juris
est invidua minore 25. annis, & in virgine emancipata, item in milite L. 35. ff. d. rit. nupt. quæ personæ omnes si-
ne vicio clandestinitatis consensum omittere non possunt
Covarr. de Matr. P. 2. C. 3. §. 8. n. 4. Brunn. in Cod. ad L. 18. &
20. de nupt. Phil. Us. Pr. Inst. L. 1. Ecclog. 19. n. 7. Trent. Vol. 2.
Disp. 6. th. 5. lit. C. Barboſ. ad L. 1. ff. solut. Matr. P. 4 num. 32.
fol. 185. Imo ad secunda vota transiens opus habet paren-
tum consensu. Grænweg. ad pr. Inst. de nupt. n. 2. Jac. Schulteſ. P. 2. Qu. 71. n. 24. Talis vero quæſtio nunc exſurgit,
an parentes tacite consentire possint? Resp. Affir: & qui-
dem hoc modo, si nempe ſciant, filium aliquam amore
proſequi, & non contradicant, quamvis poſſint. arg. L. 7.

§. 1.

§. i. de spons. maxime si literas amatorias , vel filii vel sponsæ interceperint & tamen tacuerint , quam ob causam etiam consensus tacitus sufficiat, nempe si patri sit notum filium in aliquo loco matrimonium contraherere , & taceat, nam ex taciturnitate in favorabilibus colligi potest consensus , si nempe alter dissensu suo potuisset actum impedire & non fecerit, tunc censetur illum ratihabuisse , nunc autem ratihabitatione subsecuta valet matrimonium. Cum autem moribus nostris etiam matris consensus requirendus sit. vid. Carpz. d. 1. Def. 44. Alia quæstio oritur, si pater & mater inter se dissentiant, qualis consensus præferendus ? Resp. regulariter patris , aliquando vero videndum, quis saniores habeat rationes , & ejus consensus est præferendus. vid. Carpz. d. 1. Nec vana est hæc quæstio ? An parentes liberos invitos in matrimonium, à quo abhorrent, detrudere possint ? & Resp. Neg. per L. 13. ff. de sponsal. & L. 21. ff. de rit. nupt. qua ratione exhereditatio locum non habet. Riminald. Vol. 2 Cons. 133. n. 27. Brun. ad L. 12. ff. de sponsal. & L. 12. C. de nupt. Carpz. L. 2. Cons. Def. 30.

§. VII.

In §. præcedenti de parentum consensu actum fuit, nunc autem videndum, quid sentiendum sit de propinquorum, tutorum , vel curatorum consensu, an etiam ille sit necessarius ? & respondetur quod non, quia liberi non sunt in eorum potestate, exceptis filiis furiosorum , vel mente captorum, in quibus curatorum, it. agnatorum tam ex paterna, quam materna familia, aut Magistratus, & Episcopi ipsius civitatis consensu opus est. L. 28. C. de Episcopal. audien. L. 25. C. de nupt. Si autem talis filius vel filia sponsalia inire cupit, proximiores autem nullam justam dissentendi causam afferre possunt, judicis est officium, puellæ sequi voluntatem,

tatem, qui omnes rationes ponderare debet, an sponsalia
sint concedenda, an vero non, & sic tam personæ qualitas,
quam earum utilitas ab illo est consideranda. *L. 20 C.
de nupt.* Quod si autem puella suæ sententiæ stat firma,
nec propinquus nec judex illam ad aliud quid cogi possunt,
quia matrimonium est individua vitæ consuetudo, quæ
svaderi non imperari debet, nisi in essentialibus aliquid
committatur, nempe contra consanguinitatem, vel aliud
quid. Obstat vero videtur *L. 20. C. de nupt.* quæ vult ut
virgini aliquis associetur, Resp. hæc Lex loquitur de eo
casu, si puella tacite consentiat. Ita & jure Saxonicō res
expedita est, quod ibi propinquorum aliorumque
consensu non opus, sed talis pietatis & honestatis non
necessitatis esse censeatur. *Carpz. L. 2. Conf. Def.* 47. nec
obstat rescriptum ibi allegatum puellæ pœnam dictans,
hoc enim factum est, non ob propinquorum neglectum
consensum, sed ob bina sponsalia & ob fidem duobus da-
tam. *Cypræ. de jur. Connub. Cap. 6. §. 9. n. 4.*

§. VIII.

Actum fuit de parentum consensu requirendo, nunc
quæritur, si parentes consensum denegent, quid tunc fa-
ciendum? &c. Adeundus Magistratus Ecclesiasticus, nempe
Consistorium, quod vices parentum in se suscipit, ac in
casum denegationis consentit. *Heig. P. I. quest. 21. n. 70.*
Mervius ad jus Lubec. L. 1. Tit. 4. art. 2. n. 10. Brun. Jur. Ecclef.
L. 2. cap. 16. n. 5. Quod tamen probe & diligenter in pa-
rentum denegatum consensum inquirere debet.

§. IX.

Circa suppletionem porro consensus sollicitus debet
esse Judex Ecclesiasticus de omnibus circumstantiis (1)
an procul sit turpis vel inhonestæ vitæ, *arg. L. 12. inf. 3*
L. 18. C. de nupt. Schneider. Inst. de nupt. Part. 2. n. 37. Kling.

ad

ad Inst. de nupt. n. 8. (2) an tali ex matrimonio rixæ inter parentes & liberos sint sperandæ. Menoch. Consil. 69. n. 43. 44. (3) Cujus conditionis sponsus fit, (4) an tantum sponsæ bonis infidetur. Cothman. Resp. I. n. 253. (5) an sposo delictum aliquod objici possit, (6) an filia dolo persuasa ad consentiendum. Kling. d.l. Basil. Monner. in Tract. de matrim. p. 45. 7) an liberi nimio amore furiosi, sponsalia contrahere intendunt tali cum persona, cum qua postmodum miserrime vivere cogantur, Wigand. in libel. de Conjug. Joh. Harpr. ad pr. Inst. de nupt. n. 248. Cothman. dict. Resp. P. I. n. 246. (8) an parentes liberorum conversationem sciverint, & non contradixerint, sed toleraverint, an vero omnia ipsis inscia. Richter. P. I. Dec. 8. n. 14. an liberi adhuc minorennes & propriis sumtibus vivant. Carpz. L. 2. Cons. Def. 60. n. 21. Si nunc ex causis allatis nullum exsurgat impedimentum, Consistorium sponsalia concedere potest, quia patria potestas in pietate non atrocitate consistere debet L. 5. ff. ad L. Pompej. de parricid. & post jus vita & necis patribus ademptum, tunc etiam constitutum est, ut bene concordantia matrimonia liberorum a patribus jure patriæ potestatis non turbentur vid. L. 32. §. 19. ff. de donat. inter vir. & uxor. L. 1. §. f. & L. 2. ff. de liber exhib. L. 11. C. de nupt. L. 5. C. de repud. Ulterius liberi irrequisito patre nuptias contrahere possunt, si pater est mente captus vel furiosus, pr. Inst. de nupt. L. 25. C. eod. junct. L. 8. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. item si pater ab hostiibus captus est, hac vero limitatione, dummodo filius eam ducat uxorem, cuius conditionem certum sit, patrem non repudiaturum. L. 11. ff. de rit. nupt. Ita si liberi in patria constituti potestate, a patribus injuria prohiberentur ducere uxores, per Proconsules & Praefides provinciarum patres cogi poterant, liberos in matrimonium collocare,

locare, & dotare, L. 19. ff. de R. N. *Ungeb. Exerc. Inst. 3 qu.*
6. *Nego.* Porro si vel aliquando parentes potestate sua in
detrimentum liberorum suorum abutantur, magistratus
eorum consensum supplere potest & debet. L. 19. ff. de R.
N. *Kizel.* in *Synops. matrim.* c. 4. theor. 4. Lit. G. *Dedeken.* Vol.
3. Lib. 2. Sect. 4. num. 12. *Carpz.* Cons. L. 2. T. 3. Def. 53.
Richter. Vol. 1. P. 2. Cons. 4. n. 67. seqq. *Ordin.* Eccles. *Elect.*
Sax. in *Rubr.* von Echeschen / Tit. von Ehegelsbnußen.
Ordin. Matrim. §. dagegen aber in verb. sie ohne genugsam
erhebl. Ursachen davon nicht zu hindern. *junct.* verb. fin.
h. §. bey unsfern *Consistoriis* gesucht. Ut & etiam militis
qui post de sponsationem mulierem rapuit & eam cognovit
matrimonium validum declaratur, licet parentes re-
clamerant. *Can. cum causa.* 6. X. de raptor. Semper tamen
magistratus totum negotium ita dirigere debet, ne honor
& observantia parentum exinde laceratur, talem autem
actionem instituere possunt, vel liberi vel cognati & pe-
tere ut magistratus sponsalia vel nuptias permittat. *Barbos.*
ad L. 1. Part. 1. n. 2. ff. *solut. matr.* *Brunn.* ad L. 19. ff. de R. N.
Ut autem omnia rite fiant, hoc modo procedatur: Con-
sistorium parentes, consanguineos & liberos ad se pro-
vocat, illis praesentibus examinat prius parentum dissen-
sum, si ille non prægnans, admonet parentes & consan-
guineos, ut de duritate mentis desistant, potestate sua non
abutantur, neque crudelitatem erga liberos exerceant,
deinde liberi etiam sunt erudiendi, ut nihil contra paren-
tum voluntatem faciant, sed illis in omnibus obtemperent
juxta quartum præceptum, partibus vero non contentis,
magistratus ecclesiasticus parentum consensu defectum
supplet, & ita concedit liberis matrimonium contrahere.
L. 19. ff. de R. N. *Carpzov.* Lib. 2. Cons. Def. 52. 53. *hoc confir-*
matum per responsum Suprem. Consistor. editum die 3. Sept. A.D. 1691.

Die:

Dieweil Besl. von ihren bethäuerl. Ehegelöbnüß nicht ab-
stehen/noch Kläger als ihr Vater/darin bewilligen wollen/
gleichwohl aber seiner Verweigerung keine erhebl. Ursachen
benbringen können / so wird Besl. die Ehe mit einander
Christl. zu vollziehen verstatteſ. *Carpz. Caus. Lib. 2 Def. 53. T. 3.*

§. X.

Suspenditur autem consensus, partim propter exta-
tem contrahentium, nempe si infantia minores sponsalia
contrahant, c. 4. x. de despons. impuber. partim propter aliam
conditionem , si fortasse filius vel filia sponsalia in-
ire cum persona velit infami. Nuda conditionis dispa-
ritas vero justam & probabilem dissensus causam parenti-
bus non præbet, v. g. si filius pauperem, vel nobilis igno-
bilem sibi eligat, modo alias sit integræ famæ. *Stryk. Uf.*
mod. ff. de Adopt. §. 20. Sande. Decis. L. 2. T. 7. paupertas e-
nim non nocet, neque status, nisi nimis magna adsit dis-
paritas, ut si nobilis infimæ conditionis personam ducere
velit, quo casu justa inde oritur dissentendi causa. *Brun.*
jur. Eccles. Lib. 2. Def. 16. §. 5. Quod etiam confirmat Re-
sponsum à Facult. Jurid. Rostoch. pronunciatum Si au-
tem filius in pueræ voluntate persistat, patrisque consen-
sus urgeat, ille vero absque ulla alia ratione recusat, tunc
hæc ratio unica sufficiens non est ad irrita declaranda li-
berorum sponsalia, *juxta Brun. ad L. 2. C. de Nupt. n. f. ibi-*
que in jur. Eccles. L. 2. c. 16. §. 5. quia patria potestas non in
atrocitate, sed in pietate consistere debet. *L. 5. ff. ad L.*
Pompej. de Parric. Barboſ. ad L. 1. P. 1. n. 2. ff. ſalut. matrimon. Brun. ad L.
19. ff. de rit. nupt. Carpz. L. 2. Conf. D. 53. Sufficit tamen vel fo-
lus contemptus consensus parentum circa sponsalia libero-
rum , ita ut si liberi clandestina sponsalia sine parentum
consensu celebraverint , licet aliam dissentendi causam
nullam habeant, hæc tamen esse possit sufficiens, ita ut nec
juramentum liberorum ad sponsalia adjectum aliquid effi-
cere

C

cere posit, cum juramentum non debeat esse vinculum
iniquitatis. *Carpz. d. l. Def. 57. seqq.*

CAP. III.
Quid post sponsalia justum sit?

§. I.

Diximus quod parentum consensus ad sponsalia ne-
cessario requiratur, nunc autem, eo observato,
quæritur, an per nuptias patris consensu contractas
liberetur à patria potestate? *¶* de jure civili quod non,
quia matrimonium nusquam inter dissolvendi modos pa-
triam refertur potestate. *Lup. rubr. de donat. inter vir. & uxor.*
S. 43. Alex. Cnf. 133. Vol. 4. Wefenbe. ad Inst. L. 1. Tit. 12. per L. 20. ff.
ad L. jul. de adulter. pr. Inst. quib. mod. ius Patr. potest. foli. §. 7. Inst. de Adopt.
Ast de filia major dubitandi adest ratio, quam de filio, eam
ob causam, quia penitus patria ex familia transit, domum
& patris nomen mutat, accipitque omnes mariti dignita-
tes, tamen jure civili sub patria manet potestate. *L. 29. pr.*
ff. solut. matrim. L. 1. §. ult. ff. de injur. L. 20. ff. ad L. Jul. de adulter. Zö-
bel. in addit. ad dict. art. 31. Lib. 1. Land-Recht. Lit. F. & ad art. 45. Lib.
3. Lit. D. In Saxonia vero distingvendum est, inter juve-
nem & puellam, masculus manet sub patria potestate, ni-
si propriam instituat œconomiam, filia vero statim per
nuptias à patria liberatur potestate, licet ædibus mensa-
que fruatur paterna. *Land-Recht. Lib. 1. art. 31. id. L. 3. art. 45.*
Adeo ut nec matrimonio per mortem dissoluto, filia rur-
sus in patriam recidat potestatem, sed sui juris remanet,
quia jus patriæ potestatis, semelextinctum, revivisce-
re non potest. *Moller. ad b. Tit. Conf. 10. n. 7. Befold. in addit. ad Co-*
ler. Dec. 222. n. 19. Carpz. Part. 2. Conf. 10. Def. 1. 2. 3.

§. II.

Ex sponsalibus rite celebratis fuit, quod filius filiave
à patre dotem & donationem propter nuptias petere pos-
sint.

sint. L. 19. ff. de rit. nupt. & sic etiam pater dives & locuples obstrictus est, filiis de suo patrimonio dotem constituere, etiam eo incasu sūliberiali unde habeant, unde se dotare possent, v.g. ex bonis maternis, uti vult Zoes. ad ff. Tit. de jur. dot. n. 8. Gail. L. 2. Obs. 95. n. 14. Stryk. de cauet. contrāst. Selt. 3. c. 8. §. 13. Struvius, Carpzovius & Engelbrecht vero dissentunt, affirmantes dicunt, Struvij, Carpzovij &c. argumenta ab alimentis esse desumpta, quae hoc non quadrent, quia ab alimentis ad dotē non valeat argumentatio, dotem enim ad coenitatem & matrimonij onera eo melius sustinenda dari, alimenta vero ad sustentationem vitæ. Si vero filius ad secunda vota transit, tunc pater non tenetur ad talē dotationē, nisi filius sine culpa suas amiserit facultates, & alias nubendi honestam invenire non possit conditionem, *uii probat Sichard. ad L. ult. C. de dot. promiss. n. 22. Schneider. ad §. 29. Inst. de Act. n. 91. Faber. ad C. Lib. 5. Tit. 6. Def. 13.* Hac occasione autem queritur? An statutum de dote lucranda etiam in sposo & sponsa de præsenti locum habeat? nam de futuro statutum non obtinet. *Manser. ad Tit. Inst. de Nupt. p. 307.* quidam affirmant ut Job. Campez. de dote quest. 13. Gail. Lib. 2. Obs. 80. n. 3. seqq. Menoch. Lib. 4. de præsumt. n. 4. & alii statuentes, (1) Legatum conditionale si in familia nupsisset, statim atque ducta est uxor deberi, quamvis nondum in mariti cubiculum pervenerit (2) traductionem ad domum non pertinere ad matrimonij substantiam, (3) matrimonio contracto consensu mutuo, per verba de præsenti ante copulam vel traductionem, proprie conjuges esse, & non dici amplius sponsum & sponsam, sed maritum & uxorem, quia sponsus dictus quasi promisus, & sponsa quasi promissa, post contractum matrimonium autem, quod consensu perficitur ad impleta est promissio, ideoq; proprie conjuges vir & uxor dicantur, hæc sunt verba & rationes Gailli. Negantium vero argumenta non sunt parvi ponderis, omnia vero hic apponere, prolixius vide-

tur, quanobrem cupidum lectorem ad Roland. à Valle intrat, de lucro dotis p. 405, quaß. 106, n. 19, usque 32. incl. remittimus. Negantium opinio in Saxonia est recepta. Dan. Moller. ad Conflit. Elec. 19. P. 3. n. 3. Land. Reich. L. 1. art. 3. ibid. Glossa latina sub Lit. G. it. L. 3. art. 45. junct. Gloss. latina Lit. E. Non tamen desideratur copula carnalis, sed sufficit consensio thalami. Confl. Elec. 19. P. 2. Matib. Coler. P. 2. Dec 286. n. 135. Berl. P. 3. Concl. 5. Carpz. jur. forens. Confl. 19. Def. 4 quare hoc lucrum dotis marito per uxorem in testamento non potest adimi & alij dari, ratio, quia (1) uxor in præjudicium mariti, qui habet jus quæsitum, illud marito afferre non potest. Paul. de Casi. in L. 1. §. 12. ff. solut. matr. Bald. in L. 2. C. de hereditar. action. per textum expressum in L. 3. C. de bon. que liber. (2) maritus non venit ad hoc lucrum, ex uxoris judicio, sed statutu provisione, quod uxor gravare non potest L. 6. §. 1. ff. Legas 3. L. 95. pr. ff. ad 1. falcid. (3) hoc lucrum non dicitur esse de hereditate mulieris, sed tanquam æs alienum, de quo quis testari non potest. Alex. in L. 48. ff. ad L. falc.

§. III.

De sponsaliorum absque parentum consensu contractorum effectu nunc agendum erit, ubi queritur, an pater filium filiamve hoc in casu, si citra ejus consensum sponsalia contrahat, exheredare possit, & an matrimonium sine patris consensu contractum justam semper præbeat exheredandi causam? Resp. de Jure Civili quod non, quia nulla alia exheredationis ratio, quam quæ in Nov. 15. est expressa admittatur. Barbos. ad L. 1. ff. solut. matr. P. 4. Sed obstat L. 3. §. 5. ff. de bonor. poss. contr. tabul. quæ desiderat liberos exherendandos esse ob injuriam parentibus hac in re illatam, ast respondetur, hæc Lex est intelligenda de injuria reali, & atroci verbali, talis autem injuria non tam atrox, ut exinde parentum honor enormiter lædatur, deinde hæc Lex loquitur de tali casu, ubi filius vel filia tale init matr.

matrimonium, quod dedecori ipsi, patri ac toti familiæ, imo si plane ignominiosam ducat, tunc prius exhereditatio locum habet, quia grave dedecus infert parenti aliisque cognatis. *Struv. Synt. jur. civ. Exerc. 32. tb. 34.* Ritterbus. ad d. No. P. 3. c. 3. n. 13. *Fachin. Controvers. L. 3. c. 44.* Stryk. de diffens. sponsal. Sec. 4. §. 33. Filia enim minor 25. annis si sine parentum consensu nubat viro exheredari potest, per d. N. 115. c. 3. §. 11. vers. si vero, major 25. annis exheredationi non est subjecta. Ast de jure moderno plurimis locis in enumeratis casibus exhereditatio locum habet. *Mev. ad Jus Lubec. L. 1. Tit. 4. art. 2. n. 29.* Beust. de matrimonio L. 2. c. 46. quod etiam obtinet de jure Saxonico per Constitut. Aug. & Job. Georg. I. Ord. Elect. Tit. general. von Chesachen. special. von Cheverlobmisen. §. 1. seqq. & memorata constitutio nullam admittit differentiam, neq; explicationem, sed omnes liberi, etiam emancipati, sine parentum consensu sponsalia ineuntes, exheredari possunt. Nec obstat Decif. Elect. D. Job. Georg. II. 32. quæ vult ut in Saxonia nulla alia causa quam quæ in Nov. 15. expressa sit attendenda. &c. Si Princeps priores abrogare voluisset leges, clarius mentiri suam de hac re declasisset. (2) Illa Decisio causas huc trahi prohibet diversas, non vero exheredandi causam penitus tollit, teste Carpz. Lib. 2. Conf. D. 61. n. 13. & 49. n. 6. Philip. Uf. Pr. Inst. L. 1. Ecclog. 59. n. 3. & 5.

§. IV.

Nunc autem videndum est, in quibus bonis exhereditatio locum habeat, & respondetur in illis, quæ dispositioni paternæ subjecta sunt, nam quoad feudalia exhereditatio non vallet, quia pater de his disponere non potest. *Struv. Synt. jur. feud. c. 9. tb. 12. n. 8.* *Vulcan. de feud. c. 9. n. 69.* Nisi qualitas Feudi aliud admittatur, ut sit feudum mere hereditarium, de quo libera disponendi facultas, ut in allodio, patri competit. *Rosen. tabl. de feud. c. 6. concl. 10. n. 10. seqq.* *Stryk. Exam. jur. feud. c. 12. quest. 7.* Alia exsurgit quæstio. Num exhereditatio, in sponsalibus absque parentum consensu contractis, parentibus autem non

repugnantibus, locum habeat? & si erit negando, quia consentire videntur & imputent sibi, cum sciverint, quod non contradixerint, *Pet. Barbus. ad L. 34. n. 152. ff. solut. matrim.*
Carpz. L. 2. Conf. Def. 42. Brun. ad L. 12. ff. de sponsal. An vero idem juris sit, si ratihabitio superveniat, queritur? Et cum in *pr. Inst. de Nupt. requiratur*, quod iussus parentis præcedere debeat, recte colligitur, quod ratihabitio adhoc, ut nuptiæ ab initio justæ sint, jure civili non sufficiat, cum hæc iussus natura sit, ut non consequatur, sed præcedat negotium, *L. 2r. §. 4. ff. de acquir. hered.* Quicquid sit, quod alias hæc ratihabitionis sit natura, ut mandato comparetur & ad negotij initium retrotrahatur. *L. f. C. ad 3C. Maced.* hæc namque regula applicari nequit, ubi Lex mandatum, sive iussum pro forma requirit *vid. Vinn. ad Inst. §. 2. de Nupt.* *Ludwel. ibid. n. 4.* Nec obstat *L. 5. C. de nupt.* nam respon. loquitur de consensu tacito patris, non vero de retrotractio-
ne consensus, ut adeo consensus præcedens opponatur *d. §. 12.* consensui subsequenti, non autem concurrenti sive expresso sive tacito, quem sufficere, ut scil. satis sit, pa-
trem tacite scientia & patientia consentire probat *L. 7. §. 1.*
ff. de sponsal. it. d. L. 5. C. de nupt. & hæc adhuc hodie ita obtinere, statuit *Carpz. L. 2. Conf. Def. 41.* dissentientibus *Vinn. d. l. Brun. ad L. 11. ff. de stat. hom. Schæp. ad Tit. ff. de sponsal. n. 17.* Ast quid tunc sentiendum, si parentes qui-
dem consentiant, sed reservato jure exheredandi, an illa reservatio operetur, ut liberi omni tempore privatum parentis sint expositi? & r. Neg. quia 1) nemo illos, si justas habeant causas, ad consensum inter ponendum, compelli potest. 2) statim ab eo tempore quo consentiunt, injuriam sibi illatam remittunt.

§. V.

In §. 6. Cap. 2. Actum fuit de parentum consensu per
Con-

Confistorium factō , hic autem perpendendum , an nihilominus à parentibus liberi possint ex heredari , etiam si Confistorium sponsalia permittat . *Carpz. L. 2. Conf. D. 54.* eam sovet sententiam , & quidem ob contumaciam liberorum , quam coercere parentibus fas sit . Ait quamvis hoc parentibus permissum , tamen non aliter fieri potest , quam si iustas dissentendi habeant causas , quando vero Princeps per Confistorium consensum inter ponere jubet , ac permittit , ut partes sponsalia rite celebrent , sequitur , quod causa parentum dissensus non sit justa , ergo nec exhereditatio , quam obrem Schilt . *Inst. Jur. Canon. L. 2. T. 10. §. 7.* Carpzovii sententiam ita declarat , dicens , ex heredationem valere si copula sacerdotalis vel carnalis accesserit , antequam Confistorium parentum suppleverit consensum , quod si vero ab initio desponsationis consensus parentum prætermis-
sus , tunc parentes justam dissentendi causam habent , adeo ut ipsis invitatis Confistorium nuptias celebrare nec per-
mittere posit aut debeat . *Carpz. L. 2. Conf. Def. 57. n. 7.*

§. VI.

Denum incidenter in lucem prodit quæstio , si sponsalia sint certa , partes vero conjugium consummare nolentes , an ad hoc cogi possint ? Resp Aff . & quidem tali modo (1) incarcerantur . (2) recusantes pane & aqua cibantur , (3) mulcta pecuniaria coguntur . (4) in contumacia perseverantes , relegatione puniuntur , & si imprægnatio ac-
cesserit , personæ autem sunt pares matrimonium vero inire nolentes , una vero pars in illis persistat , invita pars per sacerdotem copulanda est , quia alias defloratae parum consultum foret , cum virginitas ablata , hanc quam re-
stitui posit , & macula inde perpetua , aliter quam per subse-
quens matrimonium aboleri non posit . *Carpz. L. 2. Conf.*
Def. 33-34. 35. Si autem sponsus fugæ se committit , nec re-
dire

dire velit, imprægnata in stupratoris bona immittitur & partus pro legitimo judicatur, id quod appareret ex Responso Scabinorum Lipsiensium. Mens Jun. 1620. V. S.
Da er ob angerechten Recht. Erkäntnüs mit Vollziehung der Ehe nochmahls schuldige Folge zu leisten / in Verweigerung stehen würde / er mit Landes-Verweisung in Straße genommen / auch die Klägerin so dann nichts weniger als ob sie ehrlichen mit ihm getrauet / in seine Güter eingewiesen werden soll.

§. VII.

Ob materiæ connexitatem paucissimis sponsaliorum dissolutione adhuc agendum erit. Rationes existere possunt, partim in **animi**, partim in **corporis**, partim in **fortunæ bonis**. In **animi bonis**,
1) Si sponsus orthodoxus hæreticus fiat, 2) si sponsus vel sponsa furorem patitur, 3) si inter despontatos inimicitiae capitales existant. **In corporis bonis**,
1) Si unus despontatorum fornicatur 2) ob morbum contagiosum, 3) ob membrorum notabilem deformitatem, 4) ob membrorum sine quibus viëctum & amictum quærere non potest, mutilationem. **In fortunæ bonis**,
1) Si nempe post sponsalia crimen atrocius vel homicidium, vel furtum committit vel beneficium, vel parricidium, aut latrocinium, aut fustigationem passus fit. 2) Si fiat jactura bonorum, v.g. Si sponsa loco dotis certam promittit pecuniæ sumam, postea vero propter infortunium ad inopiam redigitur, ut promissis stare non posse. *Covarr. Epitom. spons. c. 5. num. 4. Cypr. de jur. Conr. P. I. de spons. c. 13. §. 3. num. 3.* Porro dissolvuntur sponsalia, ob meum justum. *Carpz. L. 2. Conf. Def. 27.* item ob errorem destruen-

destruentem matrimonii essentiam , ulterius dissolvuntur , si nempe sponsus vel sponsa præsens , & intra biennium nuptias contrahere recusat *L. 2 C. de Spons.* Si sponsus sponsam verberibus cedat. *Carpz. Conf. L. 2.*
Def. 212. Nunc ventilanda venit quæstio , an sposus , post sponsalia vi ac armis compulsus , ut aliam quam suam sponsam cognosceret , ab hac repudiari possit ?
Resp. Neg. quia non sponte hoc commisit delictum , sed coactus , & ita dici non potest , quod fidem sponsæ datum violasset , qualis præsumtio pro sposo militat , ast cum sponsa aliter sese res habet , illa potest repudiari , quia sponsus inviolatam desideravit sponsam , ex sponsæ enim imprægnatione , major sposo propter alimentationem affertur præjudicium , quam sponsæ , si sponsus aliam cognovit *Carpz. Lib. 2. Respons. 114. num. 13.*
Cypre. de sponsal. c. 13. §. 48. idem etiam sese res habet , si sponsus primoruptionarum die , justo seductus errore , aliam pro sponsa cognoscat , in sponsa vero iterum aliud est statuendum. Coronidis loco addendum.
An vi stupratæ ferta virginalis sit deneganda & Resp.
Aff. Quamvis Brunn ad *L. 20. ad L. Jul. de adulter.* contrarium statuat , tamen Carpzovii sententia verior , & loquitur Brunnemannus tantum de animi , non corporis virginitate. Ast si hæc concedantur etiam statuendum esset , quod nec viduæ nec uxori deneganda sit , quippe quæ semper animi castitatem fovere possunt , quia vero fertum corporis , non animi virginitatis signum est , ergo vi stupratæ denegandum. Unde etiam fluit ; quod sponsus illam repudiare possit.
Seruv. Exerc. 29. th. 14. Nicol. in Tract. de repud.
& divorc. c. 2. num. 50. quia in corpus ejus commissum

D

missum est quid, de quo etiam infirmæ fortis homo abhorret, & vitiata sponsio suo promissam virginitatem præstare nequit. Ad hoc accedit quod conventio tacitam in se habeat conditionem, quod valere non debat, quam si res in eodem statu, ut tempore contractus fuit, per maneatur, amissa autem virginitate mutatur status temporis contractus. v. L. 38. ff. solut. Carpz. P. 2. Const. 25. Def. 23. Nicol. in Tract. de repud. & divorc. c. 2. n. 51. seqq. Tantum de materia hac frequentissima & sciru dignissima, pro virium tenuitate in præsentiarum sat dixisse sufficiat. Deo ter optimo maximo immortales persolvo gratias, quod sua clementia ac gratia meos labores huc usque direxerit, pro qua benevolentia illi sit LAUS, HONOR & GLORIA in sempiterna Secula.

F I N I S,



Mars



M Ars sua bella gerit, gerit & sua
Prælia justi
Rectrix, ille neces, hæc pia
jura docet.
Sic Tibi post pugnam quam nunc cum
laude subibis
Purpura fulgebit, quam parat ipsa
Themis,
Ex animo hinc opto votis ardentibus
orans,
Ut beet Omnipotens Te studium-
que Tuum.

*(n) Ita Nobilissimo & Clarissimo Dr. Neo-Doctorando
animatus gratulatur*

PRÆSES.

SIc laborem Justinianus omnem
Præmio compensat honoris æquo,
Dum Tibi, Frater, tribuit merenti
Munus amœnum.

D 2

Non

Non quidem sunt divitiæ caducæ,
Quas modo Galenus amat, suisque
Donat, ast hæ sunt fragiles, nec omni
Tempore durant.

Est honor, nonenque celebre, doctis
Quod datur tanquam studij perennis
Præmium, quando caput ornat illis
Musæ tiarâ.

Ergo nunc postquam diadema lauri
Splendidum valde Tua, Frater, ornat
Tempora, haud injustus ero canendo
Carmina læta.

Qui Sacerdos justitiæ vocaris,
(Imperatoris voce jam loquamur)
Sie geras Te semper, ut hocce dignus
Nomine fias.

Esto caffarum strenuus patronus,
Res clientum suscipias, sequendo
Regulas Juris sedulo, nec erres
A Lege scriptâ.
Serio

Serio scrutare Legum tenorem,
Quin & insomni studio Novellas,
Codicem , Digestaque & Instituta
Consule semper.

Sic eris prudens sapiensque juris
Doctor , attingesque alios peritos
Juris, & cum Carpzoviis per ævum
Fama virebit.

Gratulor nunc ergo novos honores,
Quos, Tibi, Frater, tribuit decenter
Alma, quam Docti celebrant Gerana.
Omine læto.

Sic decus gentis Guiſiæ perenne,
Floreas in Præsidium Parentum
Vicibus Tu continuis , Tibique
Gloria cresat.

Fratri Dilectissimo novos , qui *Jctorum sunt*,
honores gratulatus scripti Lipsie d. 21.
Jul. cxi. 10ccx.

M. HENR. NIC. GVISIUS.

D 3

Rust

Kunst und Geschicklichkeit erfordert Müh' und
Schrifzen /
Ein Jahr lang nimmermehr macht einen wohl
gelübt /
Wer nicht will Tag und Nacht bey seinen Bü-
chern sitzen /
Derselbe lebt verhöhnt / von Leuten nie ge-
liebt.
Die Wolle muss zuvor viel andre Säfste fassen /
Eh sie zu ihren Schmuck die Purpur Farbe
trinckt.
Ein Demand wird sich vor in Gold einschliessen
müssen /
Damit sein schöner Schein zum Angenehm-
sten blinckt
So auch wer für der Welt die Fackel des Ver-
standes
Einst aufzustecken denkt / muss durch der
Künste Licht /
Durch die Gelehrsamkeit / die Flammen seines
Brandes
Zuvor den klugen Geist wohl haben unter-
richt.
Und diesem hastu auch Hoch-Edler nachgelebet
Dein unverdroßner Fleiß hat dich nunmehr
belohnt Ja

Ja so wird der gecröhnt der nur nach Tugend
strebet
Und der zu solchen Zweck hat keine Zeit ge-
schohnt.

Dieses schreibet Herrn Lic. Gvisii zu Ehren bey
seiner Promotion ein aufrichtiger Freund

J. G. N.

HAUD trepidans cathedram, con-
scendis Amice colende,
Consensumque patrum conjugiique
refers.
Naviter ingenii magni documenta re-
pendis,
Codice depromis, quid sacra jura ve-
lint
Culmen honoris adeſt, quod splendent
nomina patris
Nonne Tibi ut gnato culmen honoris
adeſt?

Est

*Est aliquid nomen servare illustre Pa-
rentum &*

Majorum meritis eminuisse juvat.

*Sed magis est, virtute sua volitare per
orbem,*

*Atque patrum laudes amplificare suis
Hoc in Te fieri, lætatur quisque Tu-
rum,*

*Se pater in nato vivere magnus ovat.
Quid vero? taceam? num gaudia vestra
relinquam?*

*Vestra non prorsus sorte carere queo.
Gratulor & animo, Fautor Tibi, tanta
Minervæ*

*Munera quies poteris concelebrare
Deum*

*Apprecor, ut nunquam fato percussus
acerbo,*

Istis constanter tempora longa frui.


Hæc pauca in Amicitiae tesseram adjecit

*Joannes Ernestus Schröter /
S.S. Theologiæ Studiosus.*

ULB Halle
005 355 370

3





223 1710, 4a E. 21. num. 30. 20

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
PARENTUM CONSENSUS PER
MAGISTRATUM CIRCA LI-
BERORUM SPONSALIA
SUPPLETIONE,

Quam
DIVINA FAVENTE GRATIA
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISMO DOMINO,
DOMINO

P. 986
PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRA CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CA-
MERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLESiarum,
MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO CAPITULA-
RI SENIORE, & respectivè SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.

PRÆSIDE

DN. ERNESTO TENTZEL, J.U.D.
Elect. Mogunt. Judicij Provinc. Erfurten. Assess. Facult. Jurid.
p.t. DECANO, & Civitatis Erfurt. Syndico Primar.

DN. PATRONO & PROMOTORE maximè venerando,
DECRETO & AUTORITATE MAGNIFICI JCtorum ORDI-
NIS IN ACADEMIA ERFFURTENSI,
*Pro consequendis Summis in Utroque JURE HONORIBUS
PRIVILEGIIS & IMMUNITATIBUS*
Solenni Eruditorum Coetui publice submittit

JOHANNES GOTHOFREDUS GVISIUS,
Longofal. Thur.

In Auditorio JCtorum Majori
At diem 23. Aug. M. DCCX. horis consuetis,
ERFORDIAE, typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

